Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium octanum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

Ex his patet pt q nam relativa spectent ad hoc
pdtmtum illa videlicet q sunt realia et non rais.
quae sunt mutua, qa omnen mutua cum ea,
reant termi reali spectter ad hoc pdtmtum ne
spectant nisi forte rae fundamenti pxi p qdsq
e aliqd reale. Item ad hoc relativa spectant
suppeditantur et disquarata. non transcendentalia
relativa. Relatam pdtmtem sic Dfines
Relao pdtatis e accidens quoddam rea, Diffio Re-
le cuius totum esse e ad aliud respicere. laris pdtatis.
q deffio colligit ex Arte, q relatum pdtatum definit
hoc modo in concreto. Ad aliqd sunt ea quorum esse
e idem ei, qd ad aliqd aliquo modo se hre.
Et qdem in plurali definiunt qa relao sqe e inter duo
neq in uno solo pt exercere relao, definiunt et in concreto
qa relao seng exercet referendo sbm in ordine ad
aliud.

Dubium Octavum.

Utrum Relatio pdtmtalis distinguatur realiter â suo fundamento, et â quo sumat spec

Specificationem et unitatem numericam. Et an habeat unum Supremum Genus?

Sensus primi quaesiti est an relatio realiter distinguatur à subiecto cui praesens inhaeret an tantum ratione. v.g. similitudo ab albedine. quae explanatio huius sit,

Conclusio Prima.

Relatio praedicamentalis distinguitur realiter à suo fundamento sive subiecto.
Haec communis est inter Thomistas, et probatur hac ratione. Illa distinguuntur realiter quorum unum potest conservari pereunte altero, sed fundamentum conservari potest pereunte relatione, ergo relatio distinguitur realiter à fundamento. maior est communis inter quaerentes et quia si, posito uno, quod aliquid sit sine eo, quod est realiter idem cum illo conservet n. et non conservet, probatur minor. relatio paternitatis v.g. quae est in petro v.g. potest destrui et perire manente petro vel eius potentia generativa posito casu quod filius eius moriatur. imo potest et de novo relatio advenire subiecto

Sen

seu fundamento iam pridem existenti. Ergo fun-damentum potest permanere pereunte relatione et consequenter distinguens realiter inter se. Dices cum contra, in in casu relato perire eandem paternitatem in Petro fuitter non a. entitative sed hanc solutio non satisfacit. de illa n. formalitate pereunte quaeritur an sit realis an non. si est realis et in illa consistat relatio realiter sequitur quod relatio possit separari realiter à suo fundamento. et consequenter distingui realiter ab illo. si non est realis sequitur manifeste quod relatio paternitatis secundum suum esse formale non sit ens reale sed rationis tantum, et consequenter tollitur praedicamentum relationis, quod ut esse praedicamentum secundum suum esse formale debet esse ens reale.

Est tamen aliqualis difficultas inter Thomistas: et. an relatio distinguatur realiter à fundamento tanquam res à re vel realiter modaliter, hoc est tanquam modus à re modificata. Nostra sententia consistit in sequenti conclusione.

Conclusio Secunda

Relatio distinguitur à suo fun-damento tanquam res à re. ita quod alia entitas sit relationis, alia fun-damenti

Probatur conclusio. Essentia Relationis est distincta realiter à fundamento tanquam res à re. Ergo et existentia sive inhaerentia erit distincta à fundamento tanquam res à re

Et

Et præcipue hoc modo distinguetur, quod fundamentum sit entitas, in qua fundantur et nonnullæ relationes. consequentia patet. Existentia correspondet essentiæ sicut actus potentiæ, ergo si potentia distinguetur realiter à fundamento tanquam res à re eodem modo distinguetur et actus existentia ergo haec duo distinguentur realiter, tanquam res à re in rigore loquendo. Patet ultima consequentia, quia ergo proprias habent essentias et existentias realiter distinctas.

Conclusio tertia.

Relationes sumunt suam specificationem extrinsice ex ordine ad terminum specie diversum, formaliter tamen sumptum. Sicut v.g. ratione est distincta specifica hominis, ita ordo ad terminum specie diversum est distincta specifica relationis. Convincitur patet. Essentia relationis in eo consistit in hoc quod respiciat terminum ergo iuxta diversum modum respicienti terminum sub hac vel illa ratione sumuntur in relationibus distincta specifica. consequentia patet. nam species in genere desumunt rationem genericam ex suo, et iuxta ordinem diversum ad eum formaliter distinctum resultat et distincta species. ergo idem contingat in proposito.

Deinde illud ad specificationem quod habet se ad modum

for

formae, sed terminus relationis fundamentaliter sumptus habet se ad modum formae, ergo ab illo desumitur specificatio relationis. 3º. Probatur. Idem est constitutivum et distinctivum alicuius rei, ut patet in ratione, quae constituit et distinguit hominem à bruto; sed relatio distinguitur ab aliis praedicamentis per respectum ad terminum: ergo per illum constituetur in esse relationis in genere. ergo et constituetur in tali specie per talem respectum ad terminum fundamentaliter sumptum.

Diximus in Conclusione Relationes specificari extrinsice ex terminis, quia terminus non potest esse differentia specifica intrinseca; cum terminus debeat esse extra relationem; imo realiter ab illa distingui. ergo non potest intrinsice illam specificare. Unde sequitur quod relatio intrinsice specificetur ex ordine ad terminum specie distinctum, qui talis includitur in relatione intrinsice tanquam eius differentia specifica. Dictum est et relationem specificari ex ordine ad terminum fundamentaliter non materialiter sumptum. nam album refertur ad aliud album relatione similis. et nigrum refertur ad idem album Relatione dissimilis, et si terminus materialiter sumeretur, similitudo et dissimilitudo essent plane eiusdem speciei in genere relationis, quod falsum est. At quia album terminatur ad aliud album, quatenus

li extrinsice.

li fundamentaliter.

quatenus simile; et nigrum terminatur ad idem album quatenus dissimile. Hinc quod similitudo et dissimilitudo differant specie quia fundatur relatio similitudinis in unitate albedinis cum alio albo. Dissimilitudinis vero in diversitate coloris seu negatione unitatis.

Nota quo Relatio specificetur.

Circa hanc conclusionem Nota 1o Relationes in genere causae efficientis specificari a fundamentis; in genere vero causae finalis a termino non. Probatur: fundamenta sunt causa relationum, ergo per illa distinguuntur in genere causae efficientis. patet sequela. Causae specie distinctas, ut: distinctae sunt, sequuntur effectus specie distincti, ita ut bene sequatur. causa differt specie, ergo et effectus differt specie. ergo quando relationum causae sunt distinctae, etiam ipsae relationes erunt distinctae.

Nota 2o. Relationes sumere specificationem ex ordine ad term: totalem et adaequatum, et non partialem. v.g. filiatio sumit suam specificationem a term: totali, hoc est a matre et patre. et ratio huius est, quod totalitas termini debet desumi ex fundamento; fundamentum vero filii consistit in genito esse, et quia ad genitum requiritur pater et mater ut unum principium totale generationis, inde fit, quod filius refertur ad matrem et patrem ut ad unum term: totalem et adaequatum. et sicut actio patris et matris requiruntur tamquam una totalis causa ut resultet relatio paternitatis et maternitatis, hinc fit quod Paternitas et maternitas terminentur ut unus totalis terminus.

Conclusio Quarta.

Relatio

Relatio sicut et alia accidentia sumunt suam identitatem numericam ex ordine ad subjectum.

Haec conclusio est communis. Et probatur 1o, Omnis distinctio accidentis est vel per materiam, vel per formam, si per formam, est distinctio specifica et formalis, si vero per materiam, est materialis et numerica. Ergo si ponantur duae paternitates in eodem subjecto, tunc vel distinguuntur per formam, et sic erit distinctio specifica, vel per materiam, et tunc erit distinctio numerica sive individualis: et tunc ultra, illa materia per quam distinguuntur vel est subjectum, vel aliquid aliud, nec potest dici quod sit aliquid aliud reapse terminus qui in primis terminus habet se ut forma extrinseca respectus relationis. Deinde illud habet locum materiae in accidentibus quod sustentat illa, sed terminus nunquam sustentat relationem cum sit quid realiter distinctum ab illa; ergo nec potest dici quod sit materia Relationis, ergo aliquid aliud erit materia illius, sed nihil aliud potest assignari quam subjectum, ergo per subjectum distinguuntur relationes numericae, habentque unitatem numericam ex ordine ad subjectum. Si ergo erit unum numero subjectum, erit et una numero relatio, ita ut plures relationes ejusdem speciei solo numero distinctae in unico numero subjecto esse nequeant.

Probatur 2o conclusio. Duae paternitates debent habere materiam vel individuationem, et illam debent desumere ex ordine ad aliquid extrinsecum, tunc sic arguitur;

ista

illae duae paternitates à quo sunt esse, sunt et distinc-
tionem, sed sunt esse à filio, cum sint accidentia
quae sunt extra in filio. ergo ab illa sunt et distinc-
tionem, sed sunt à filio esse numericum. ergo et
ab eodem sunt distinctionem numericam et non à
terminis.

Ultimo quaesito antequam respondeamus, nota statim
esse difficultatem in praedicamento relationis, an habeat se: unum
tantum supremum genus; an vero duo; et ratio dubi-
tandi est, nam omnia relativa, vel relationis in communi
quam respicimus pro supremo genere huius praedicamenti
vel consistit in ordinae ad term: aequaliter. ergo vel
ad term: superiorem vel inferiorem, vel aequalem
non ad inferiorem vel superiorem, quia relatio debet
esse inter duo realiter distincta, sed superius et
inferius non distinguuntur realiter, sed ratione ratio-
cinata, ut dictum est supra. ergo inter illa non potest
dari relatio realis, tum et quia relativa sunt simul
natura, sed superius est prius natura inferiori ut patet
in ordine respect: hominis, ergo inter illa non potest esse
relatio realis, unde relatio in communi respiciet term:
sibi aequalem et realiter distinctum, ergo vel erunt
duo suprema genera huius praedicamenti, aut nullum
erit. consequentia patet, quia neutrum ponitur sub altero,
sed repugnat esse duo suprema genera alias
essent duo relationes totius praedicamenta. ergo nullum sunt
relationes supremum genus.

Varii sunt dicendi modi in hac materia. primus est

eis inter Thomistas huius temporis, sequentes Caieta-
num, hic huius rhetticius supponendum est 1o hunc
certum apud omnes. Relationem praedicalem constituere
unum et completum genus supremum distinctum ab
aliis generibus supremis aliorum accidentium,
patet nam relatio praedicamentalis diverso modo afficit
subiectum cui inhaeret atque alia accidentium genera,
ergo constituit completum genus supremum. consequentia patet
diversa n. accidentium genera constituuntur penes
diversum modum afficiendi subiectum, ans patet, relatio
afficit subiectum non illi sistendo, sed referendo illud
ad terminum quod alia accidentia non faciunt.
Supponendum 2o. Relationem posse dupliciter accipi. 1o in actu signato, qua ratione solum dicit formam quandam accidentalem aptam referre ad terminum: non tamen actu referentem. Sic licet in re non possit dari relatio nisi denominando subiectum actu relatum, sicut tamen signata, non reddere subiectum actu relatum, sed relativum. Dupliciter relatio ut sumitur constituens relativum et non relatum.

Relatio sumitur dupliciter. In actu signato.

2o sumitur relatio in actu 2o sive exercito, quatenus ratione exercet munus relationis, reddens subiectum actu relatum ad terminum, et hoc sensu vocat Caietanus 1a parte q. 40. a. 4. ubi relationem in 1o sensu vocat relationem conceptam, in 2o vero sensu exercitam

In actu exercito.

His suppositis dicunt auctores 1o relationem in actu signato abstractam ab utroque relato, tamquam comparandam quam disparantia, constituere supremum genus

Genus supremum Relationis est Relatio in actu signato.

generis supremi praedicti, quia illa relatio quae continet omnes sub se relationes creatas. Dicunt 2do. hanc relationem nullo modo habere terminum adaequatum in communi, sed in inferioribus, primum dictum probant quia argumentum allatum supra non n. apparet ratio cur ille terminus adaequatus relationis in communi non possit constituere aliquod supremum genus sicut ipsa relatio. Secundum a. probant exemplis variis. sicut propositio in communi erat verum vel falsum significans, tamen illa in communi non significat verum vel falsum, sed tantum in singularibus. item substantia in communi dicit potentiam ad existendum quod tamen non existit per se nisi in singularibus. ita et dicunt de relatione in communi ad illam sic habere esse ut sit talis natura cui conveniat habere terminum in singularibus, licet in illo statu relationis in communi ipsum non habeat.

Dicunt 3o. relationem in actu 2do quo actu refert formaliter, habere terminum sibi respondentem, et addunt relationem disparantiae et relationem similitudinis in communi exceptum non habere terminum nisi in individuis, quod sic probatur. quia ille terminus non esset relative oppositus alteri relationi. ergo non posset illam terminare. probatur antecedens. quia nullo modo ab illa differt, non numero, quia esset praecise ab omnibus individuis, nec genere nec specie, quia illa similitudo esset una praecise formaliter specie. ergo non potest dari talis terminus et per hanc doctrinam effugiunt auctores isti difficultatem primi argumenti supra propositi.

Nos dicendi modum ultimum Thomistarum asserentium relationem in communi habere terminum in communi, non inferiorem

Sed

sed superiorem analogum abstrahentem à relativo
et absoluto; ex quo tn nullo modo inferes esse consti-
tuenda in hoc praedicto duo genera suprema. tunc
qa non essent aequalia, tum et qa terminus sub
ratione sua termini abstrahit à relativo et absolu-
to, unde non pt constituere sub eo genus relationis, qa haec
ratio abstrahens non esset univoca, nam inter ea quae
terminant relationem tertii generis quaedam sunt
substantia, quaedam accidentia, modo substantia finita,
modo infinita. sed substantiae et accidenti, substantiae
finitae et infinitae non pt dari qd univocum.
ergo erit analogum. tunc ultra: atque supremum genus
non pt esse analogum, sed vero debet univocum
esse, ergo ille terminus in communi cum habeat quandam
analogiam non poterit aliud supremum genus consti-
tuere et haec doctrina supponit difficultatem contra
tractandam, an sc: relatio terminetur ad relativum
vel supposito quod quaedam relationes terminentur ad absolutum quaedam autem ad absolutum,
facilis est iste modus dicendi. Et sufficienter solvit
rationem dubitandi supra propositam. Unde et sic tuam hunc
modum dicendi. Rx. Verum esse omnes, nempe relationis
formam consistere in hoc quod respiciat terminum. uti ex
eius definitione supra data colligere possumus. et quod tr
quod terminus debeat realiter distingui à relatione, et quod propter
terminum non posse esse qd supremum, qa superiora non di-
stinguunt realiter ab inferioribus. Rx. cum distinctione
terminus debet distingui realiter à relatione, sumpta
in actu signato, nego; consequentia; in actu exercito concedo.
i. dicere, quod haec vel illa relatio in particulari, distin-
guatur realiter à suo termino, non vero relatio com-
muniter sumpta.

Concedo

Conclusio Quinta.

Uterque modus dicendi est probabilis licet primus videatur convenientior cum eo quo ad primam solvimus datam ad principium quaestionem.
Rationes pro utroque modo iam sunt adductae. et quilibet modus dicendi potest sustineri.

Conclusio Sexta.

Probabilior videtur nobis primus modus. quod scilicet relatio in communi habeat terminum sibi correspondentem abstrahentem à relativo et absoluto.
Probatur contra 1o ratione adducta in principio solutionis.
Probatur 2o. Conceptus communis abstractus ab inferioribus debet continere in se rationem essentialem inferiorum, ut conceptus homo abstractus à petro et paulo, continet rationem essentialem illorum. Sed ratio essentialis quarumcunque relationum particularium est referri ad terminum, quare hanc rationem debet continere conceptus communis abstractus à relationibus particularibus. ex quo sequitur relationem in communi referri ad terminum in communi, sicut relationem in particulari. vel non esse conceptum relationis abstractum à particularibus.
Probatur 3o. Qui vult definire patrem in communi, non potest nisi per eundem ipsius terminum, scilicet per filium in communi. ergo pater in communi refertur ad filium in communi. ergo et relativum in communi ad terminum in communi.
Ex his facile dici potest ad omnia argumenta, quae fieri solent contra istum dicendi modum et clarius omnia patebunt ex dicendis infra.
Obiicies 1o. Producto pariete albo Romae re-

sultat

sultat relatio similitudinis in pariete albo existente Friburgi. Sed haec relatio resultans nullam habet causam realem sui effectivam, ergo nihil erit reale. ergo similiter nec distinguetur realiter tanquam res à re tanquam à suo fundamento parte nunc. illa relatio similitudinis nam non potest effici à termino, quia albedo Romae existens non potest agere in albedinem existentem Friburgi et alias spargeret innumeras relationes in res fere infinitas totius universi, ad quas referitur relatione similis vel dissimilis. nec relatio illa causatur à ipso fundamento per naturalem resultantiam, si enim resultaret naturaliter à fundamento et ante termini existentiam resultaret, quia cum fundamentum sit causa naturalis non impedita necessario sese operatur; vel deest modo quare petat existentiam termini.

R. Quod Relatio posito termino resultat ex fundamento per simplicem resultantiam, et non emanet ante termini existentiam, quia ex sua natura pendet à termino existente et non est quod novum, quia causa necessaria et naturalis non potest aliquid operari quo adusque ponatur aliquid extrinsecum à quo etiam dependet; sic enim potentia motiva existens in pedibus vel aliis membris non potest exire in actum, nisi existat in appetitu sensitivo interiori actus imperans talem motionem. et secundum probabilem opinionem theologorum in mente cuiuslibet Angeli dantur species repraesentantes omnes actus liberos alterius Angeli, et tamen non potest unus Angelus cognoscere liberos actus alterius Angeli, donec alter praebeat assensum.

Ex hac

Ex hac solutione colliges aliam rationem satis efficacem ad convincendam realem distinctionem inter fundamentum et relationem sive illa duo possint divinitus separari sive non. hoc n. adhuc sub dubio relinquitur. et ratio in forma haec est. Omnis relatio profluit a fundamento tamquam a causa efficienti, sed omnis causa efficiens distinguitur realiter a suo effectu, nihil n. potest se ipsum realiter producere ut patet. ergo relatio realiter distinguitur a suo fundamento. Deinde relationes inseparabiles a suo fundamento eodem modo referunt ad terminum fundamentum sicut aliae relationes separabiles, et propterea non minus distinguuntur a fundamento quam relationes separabiles, nam cum illarum inseparabilitas provenit non ab omnimoda identitate cum fundamento sed a termini necessitate. quia sicut rotunditas caeli differt realiter a forma caeli, et si realiter ab illa separari nequeat et haec inseparabilitas provenit ex eo quod forma caeli sit incorruptibilis, vel ex alia causa in physicis excutienda. Et haec dicta sunt contra Scotum, qui tantum relationes illas sive quibus fundamentis existentibus ne possunt distingui realiter ab ipsis, non vero relationes illas, sive quibus fundamenta existere nequeant. Verum nos haec parum curamus. sive n. separari possit, sive non, relatio a suo fundamento adhuc dicimus illam distingui et realiter tamquam rem a re quod multis his et displicet ut pugnantes id ipsum hoc modo. Relatio non habet propriam existentiam. ergo non distinguitur a suo fundamento tamquam res a re. consequentia patet, probatur antecedens; si haberet propriam existentiam, tunc posset dari in re non actualiter afficiendo subjectum, sed relatio non potest dari in re nisi actualiter referendo illud ad

ter

terminum. ergo non distinguetur realiter hujus res
a re; sed hujus modus rei, a re modificata.
R. ad hoc relationem esse ens minutissimum quasi in-
feriora accidentia, ut pro hoc et hic magna similitu-
dinem cum modis rem, tamen quia relatio non potest
dari in rerum natura, nisi actualiter afficiendo fundamentum,
non oritur ex omnimoda ~~entitate~~ identitate
cum fundamento, sed ex propria natura, quia eius
natura est referre unum ad alterum. quod certe fieri non
potest, nisi illa quae referuntur ad se invicem habeant
relationem illam in se formaliter. ablata enim relatione impossibile
est aliqua duo ad se invicem referri formaliter. bene
tamen fundamentaliter ut dictum est.

Obiicies 2o. Relatio quatenus est realis et
terminus est ens rationis. ergo non potest relatio specificari
a termino. antecedens patet. probatur consequentia. impossibile est, quod ens
rationis possit dare specificationem, vel esse enti reali;
R. Relationes extrinsice specificari a termino, intrin-
sice vero ab ordine ad terminum. Licet ille aliquando
sit ens rationis neque ad talem extrinsecam specificationem
plus petitur quam quod terminus existat, vel in se, vel in
suo fundamento. aut saltem ut possit apprehendi ut
terminus alicuius relationis. ut videre est in relationibus ter-
tii generis.

Obiicies 3o. Posito uno filio ponitur una relatio, addi-
to vero alio filio, additur et alia relatio, quae potest esse sine
altera priori, ergo non erit ibi una relatio, sed plures, ob
pluralitatem terminorum manente uno numero fundamento,
sed unitas vel distinctio relationum numerica, non desu-
menda erit a fundamento sed a termino. confirmatur hoc argumentum.
posito 1o filio ponitur totalis et adaequatus terminus
paternitatis, ergo si ponuntur alii filii, supervenit et alia
relatio. consequentia probatur, quia relatio non potest transsilire suum

term:

termi: adaequatu. patr ans. actio generandi primum filium fuit adaequata generatio ipsius filii et non alterius, ergo ille primus filius fuit terminus adaequatus paternitatis

R. Ngdo ans. Pr n. 4. una et eadem numero relatio paternitatis refert ad plures filios. et ideo ita non addit nova relatio numero distincta adveniente numero filio. Sed ja relatio extendit se ad ijtm filium qui e eiusdem rationis cum jo filio in ratione filii. et qto dr relatio debere esse simul natura cum suo termino in casu nostro posito relatio paternitatis non esse simul natura cum ijto filio.

R. Hoc debere intelligi q relatio debeat esse simul natura cum termino suo sive adaequato sive cum parte inadaequati illius, ita ut ss sit necesse prte filii pr, non tamen petit q sit simul natura, cum qualibet parte inadaequata illius termini. Ad tum, firmatum R. ngdo ans. primus n. filius non e terminus adaequatus, sed filius productus ab isto tempore, sive postea sit primus sive secundus. et paternitas producta per generationem primi filii e forma sufficiens referendi ijtm ad omnes filios, q se non refert ad plures e qa ab isto tempore non fuerunt producti. Ad probationem antis R. non esse ans, falsam tamen consequentiam. qa illa prima actio generandi talem produxit formam q semel producta respicit omnem filium illius temporis, licet supponantur postea aliae actiones generandi

Ubi nota quosdam auctores asserere relationem respicientem plures terminos numero distinctos habentem distincta ratione fundandi et tot plures partes extensionis realiter distinctas. v.g. patrem tot

quan

quandam relationem à primo genito q fundat in pa generatione. genito vero 2do filio acquirit novam partem relationis paternitatis q fundat in 2a generatione, et hanc partem dicunt iuniti priori paternitati, quia non relatio respicit plures term: numero distinctos per eandem eo ratione fundandi, tunc dicunt talem relationem non tres partes sed esse eo modo indivisibilem v.g. similitudo huius albedinis refertur ad eas alias albedines sive acquisitione partium vel sive extensione ad plures partes similitudinis sed eodem indivisibili respectu respicit eas illas albedines eo quod habeat unicam rationem fundandi sc. unitatem. haec tamen planè dicta, quia entitates non sunt multiplicandae sine necessitate atqui non hic est necessitas ponendi plures partes. quod sim a. dictum hac ratione confirmant quia generatio fuit sufficiens ad constituendam relationem paternitatis, quia 2a generatio erit et sufficiens ad ponendam partem novam paternitatis. quod paternitas per plures generationes acquiret plures partes, quibus potest respicere plures filios. Verum haec doctrina huius 2i dicti non est conforme menti divi Th: unde negandum est primum tres plures partes relationis paternitatis quibus respiciat plures filios. Sed per eodem indivisibili respectu secundum entitatem respicit eos filios, licet ratio fundandi sc. generatio sit diversa, et ratio huius est ista quia forma producta per primam generationem sc. paternitas est sufficiens ad respiciendum quemcumque filium quia impertinens est nova pars relationis superaddita ad respiciendum secundum filium. per aliud exemplo idem habitus secundum entitatem indivisibilis respicit

plura

plura accidentia materiae diversa, et idem de potentia intellecti-
va, quae manens una indivisibilis potest substantare di-
versa plura accidentia, ergo et eadem relatio potest unita,
tum indivisibilis potest respicere plures terminos
numero distinctos. neque valet quod contraria sentiunt ut
dicta ungel. R. nullum esse generantem tamen
esse sufficientem potest se ad fundandam novam
relationem, nisi cum in subiecto ~~una~~ invenit vel producta,
et ideo non fundat novam paternitatem, alias
essent duo patres in uno homine quia duo paternitates
sunt in illo. neque fundat tot novam paternitatem ei-
dem paternitati realiter distinctam a priori, alias
darentur duo accidentia solo numero distincta,
in eodem numero subiecto quod tamen in sententia D.T. non
valet tibi. Respondent tamen auctores dato quod darentur plures
partes relationis in eodem subiecto realiter distinctae non tamen inferri
ex hoc dari plura accidentia in eodem subiecto solo numero distincta.

At haec responsio magis falsum est quod prior. distinctio realis
est vel quaedam cuius ad distinctionem genericam specificam
vel numericam, ergo neque dari aliquam distinctionem realem quae non
sit una ex his sunt neque dari aliquid in hoc diver-
sitatis quod non sit sub aliqua specie, sed potentiae istae au-
tem illae partes distinguuntur realiter non generice
nec specifice, ut ipsi fatentur. ergo numerice

Obiicies 20. Dantur plura accidentia solo
numero distincta in eodem numero subiecto, ergo fun-
damentum rationis nostrae. probatur antecedens. duae species visibiles
petri et pauli tamen differunt numero, et tamen sunt in
eadem numero potentia visiva formaliter v.g. unde
sunt in eodem puncto aeris. ergo antecedens verum.

R. Huic argumento. illas duas species non esse solo
nu

numero distinctas sed specie, non quidem in specie rei, sed in specie entis, quia conditiones illae reales quas petit intrinsece respicit sunt diversae, et ita etiam in ratione entis, differt ab alia specie.

Obicies 5°. Si relatio distingueretur realiter a suo fundamento sequeretur processus in infinitum, sed hic nunquam admittendus. ergo nec distinctio realis inter fundamentum et relationem erit concedenda. minor est certa, sequela probatur. patet maior: relatio distinguitur a fundamento non per se ipsam sed per relationem distinctionis. et de hac relatione distinctionis pariter quaeritur an differat a fundamento, si non distinguitur realiter habetur intentum, si autem differt, differet non per seipsam sed per aliam relationem distinctionis, qua distinctio a priori relatione et haec relatio iterum distinguetur per aliam et sic in infinitum. ergo.

R. ergo negato maiori: ad probationem dices nempe esse relationem v.g. similitudinis realiter distingui ab albedine, non per relationem ad per se distinctam, sed intime inclusam et identificatam realiter, quia talis relatio distinctionis non est praedicamentalis sed transcendentalis et ut dictum est intime includitur in re cuius est relatio, quia distinctio et identitas sunt passiones entis. R. 2°. concedendo similitudinem distingui ab albedine per distinctionis relationem superadditam. hanc autem relationem distinctionis distingui realiter a suo fundamento nempe similitudine, non per aliam relationem superadditam sed per seipsam. quia est ratio formalis in tali linea sicut unio non agit per aliam actionem, sed per seipsam. nec unio unit per aliam unionem, sed per seipsam quia per essentiam suam est talis et idem dicendum de relatione distinctionis quia illa quidem distinguatur a suo fundamento non per aliam relationem superadditam sed per seipsam. quia extrema

esse

fund.e distincta. vel relatio ~~ab~~ distincti eius.
Circa solutionem huius argti notandum e quod oppositionem q̃d
inter duas relães non fieri p relationem superadditam, sed
opponi seipsis v.g. paternitas opponit filiationi p seipsa
non p aliam relationem superadditam, ptr hoc qd. relatio
ratio formalissima referendi ptrm ad punctum terminum op=
positum paulo, qd non indiget alia rãe p quam ipsa sit oppo=
sita. quaque patet. qa rao fundis non eget alia rãe sicut
existentia non eget alia rãe qua sit existere, sed cum sit
rao fundis existendi, et seipsa existit, et haec doctrina valde
consona e mysterio SS. Trinitati. si n. pr opponeret filio
p relationem realem superadditam darent plures relaes
reales in Deo realiter distinctae quam tres. sed hoc theologi
non admittunt, qd relaes seipsis opponunt. Deinde si
opponerent p superadditam relationem, daret processus in infini=
tum, illae n. relaes qbs paternitas et filiatio opponerent
inter se, essent novae relaes. qd opponerent et inter se et
tunc quaerit an seipsis, an vero p aliam relationem superadditam
si seipsis quare non et aliae relaes, si p aliam, de hac
iterum redibit quaestio et sic in infinitum. nec valet dicere
non esse processum in infinitum, qa in duabus relationibus superad=
ditis sisteret, cum essent oppositae p se ipsas. Sed haec
responsio non enervat raem nram. qa in primis ut
dictum e, cu relatio ex sua estu et rãe fundi habet q op=
ponat suo termino; qd non indiget alia rãe p qua
opponatur. Alind e de distinctione relãis a fundamento,
mente relatio n. sum se et ex rãe fundi non aufert aut
explicat distinctionem sui a fundamento, aufert tn
sum se oppositionem. Deinde licet hoc procederet in relationibus
creatis in divinis tn falsum e. denique oppositio e perfectio
tn q negatio nulla potestate, et sic licet quaelibet re=
latio opponi fundamentum p oppositionem illa tn oppositio non est
potestatis relatio, sed potius aliquis modus intime inclusus in
ultima in ipsa relaõe.

Notandum

Pbtur 2o. Bene posse aliquas relaões fundare alias
relaões. v.g. paternitas bene pt fundare relaem simi,
litudinis cum alia paternitate et relaem dissimilitu,
dinis cum filiatõe opposita. pbtr hoc. duae spes univoca,
pbtur distincta existentes, pnt fundare relaem realem
ergo et duae spes pbtur relaões poterunt eandem fundare.
deinde aliquae relaões hnt oia requisita ad fundandam
relaem aliam. ergo non est illis negata potentia fundandi re,
laem. Diximus aliquas relaões posse fundare unã
aut alterã relaem, non oes, cum sunt illae quae non raes
referendae ad seipsas, ut e paternitas et filiatio, quae a.
sunt ~~relaões~~ raes referendi et ad seipsas non fun,
dant aliam relaem, sed sistitur ibi, ut duae relaões
similitudinis, non fundant alias relaões similitudi,
nis quia sunt raes referendi stm ad terminum et sunt
et raes quare seipsas ipsa referunt ad sese invicem.
sunt existam e rao quare stm existat, et ipsa sibi sunt
rao existendi, alias plane sequeretur processus in infinitum
qui admitti nequaquam debet. et hoc pbant sola ~~argta~~
tandumque sunt movere solent. imo et S. Thomas qdo ait,
unam relaem non opponi alteri per relaem superadditam
sed in ipsa fundatam, tum insinuat illud quod nos di,
ximus supra, non tamen negavit aliquas saltem relaões,
posse fundare unam aut ~~ad~~ alteram relaem.
Negant hic alij relaem pdtatem posse fundari
immediate in substantia, sed non recte imo contra S. Thomã
et Scotum. Pbtur ergo contraria sentia asserens relaem pos,
se fundari immediate in substa, quia ut induit raem quan,
titatis, actionis et passionis quia mensura, duae substan,
tiae seclusa ei oppore inter se distinguunt realiter inter se
considerando eas in propriis entitatibus individualibus.
sed distinctio substantiae est relao. ergo ista relao funda,
tur in substa immediate, substae n. sunt quae immedia,
te distinguunt et distinguuntur. pbtur 2o. Duae quanti,
tates pnt fundare relaem pdtatem. ergo et duae substae
quarum patet ex a paritate raois, nulla n. apparet
repugnantia ex parte substae. Quod n. ista relao

esset

sed potestatis. ptr. relatio in creatis est vere accidens
ergo non est substantia. ... patet. ptr ... nulla creata
substantia potest esse relatio, quia est determinata ad certum
genus. Ideo n. relatio divina est substantia, quia non est deter-
minata ad certum genus. ... est accidens, illa relatio
vero spectabit ad aliud praedicamentum, neque n. est tam modus quam
sed potius est ens accidentale creatum completum finitum.
ergo spectabit directe ad aliud praedicamentum, sed non ad aliud
quam ad praesens. ergo aliqua relatio potestatis poterit
immediate fundari in substantia. Et hoc relatio respectu
substantiarum materialium est accidens materiale indivisibile inhae-
rens illo substantiae immediate, non media quantitate, quia
... suam naturam statim sequitur posito fundamento, neque
omne accidens materiale debet esse quod divisibile, ut patet
in forma equi, quae materialis indivisibilis est, neque et omne
accidens materiale debet inhaerere substantiae media quantitate
nisi sit relativum. Hoc accidenti absoluto forte
verum erit. quod si relatio similitudinis aut identitatis
fundetur in duabus substantiis spiritualibus angelis v.g. tunc ta-
lis relatio erit quoque spiritualis, quia naturam sui sequitur.

Dubium Nonum.

Utrum Relatio potestatis secundum esse, Ad, sit vera et realis entitas. Et an terminetur ad absolutum vel relativum?

Cum